



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

LXXVII. Bischof Borchard von Havelberg genehmigt die vom Markgrafen Ludwig im Jahre vorher ertheilte Bestätigung der Gründung einer Kapelle zu Kyritz durch die Bürger Vordeck, im Jahre 1352.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

domos conducere solentibus prece aut pretio non amoveantur. Sino expellantur, quolibet quartali anni scilicet festo natiuitatis christi cum solita hura vnam marcam argenti, In festo pasche I marcam arg. et hura et in termino natiuitatis Sancti Johannis baptiste totidem et in termino Sancti michahel vnam marcam argenti cum solita hura omni anno perpetue erogabunt ad vsum ciuitatis.

Aus demselben Buche.

**LXXVI.** Markgraf Ludwig der Römer verzeignet dem Altare St. Dionysii und Sebastiani in der Pfarrkirche zu Perleberg einige Heubungen von der dortigen Feldmark, im Jahre 1352.

Nouerint uniuersi tenorem presentium inspecturi, Quod nos Ludowicus Romanus, dei gratia Marchio Brandenburgensis et Lufacie, sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni et Bavarie dux, ob honorem et reuerentiam omnipotentis dei, gloriose genitricis sancte virginis marie et omnium Sanctorum, nec non in illustrium principum predecessorum Marchionum Brandenburgensium diue recordationis, nostre, heredum et successorum nostrorum animarum memoriam sempiternam, dedimus, damus et iusto proprietatis titulo donamus per presentes unum chorum filiginis quatuor modios auene ac quatuor solidos denariorum Brandenburgensium reddituum annuorum de manfis ciuitatis nostre Perlebergh, didekini et Ludekini de Dalemyn fratrum, civium nostrorum dilectorum ibidem, provenientes, ad altare sanctorum martyrum Dyonisii et sebastiani, situm in Ecclesia sancti Jacobi dicte ciuitatis nostre Perlebergh, perpetuis temporibus pertinendos, Renunciantes sollempniter omni iuri etc. Presentibus nobili viro vlrice comite in Lyndow, strenuisque viri Hafsone de wedel de valkenborch, Hermanno de Redern, Betkino de Oest, Marquardo Luterbergk, militibus, alberno de Redern et Thiderico Morner preposito Soldynnense cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Berlyn, sub anno domini millesimo tricentesimo quinquagesimo secundo, in vigilia natiuitatis sancte Marie virginis gloriose.

Nach einem, vom Superintendenten Liesegang mitgetheilten Copialbuche der Ober-Pfarr-Registratur zu Perleberg.

**LXXVII.** Bischof Borchard von Havelberg genehmigt die vom Markgrafen Ludwig im Jahre vorher ertheilte Bestätigung der Gründung einer Kapelle zu Kyritz durch den Bürger Vordeck, im Jahre 1352.

In nomine Domini Amen. Nos Borchardus, Dei gracia Havelbergensis Ecclesie Episcopus tenore presentium publice recognoscimus, lucide protestantes, quod vidimus et examinavimus litteram illustrissimi Principis ac Domini, Domini Ludowici Marchionis Brandenburgensis, suo majori sigillo sigillatam, cujus Principium fuit. Noverint uniuersi tenorem presentium inspecturi, quod nos Lodowicus Dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, Sacri Romani Imperij Archi Camerarius, Comes Palatinus Rheni, Bavarie, Karinthie Dux, Tyrol et Goricie Comes, nec non Aquilegensis, Trydentinis et Brixinensis Ecclesiarum Advocatus etc.; cujus finis vero fuit: Testes vero hujus sunt: Nobilis Vir Ulricus Comes de Lyndow Awunculus noster et Capitaneus Gene-

ralis dilectissimus, Strennigque Viri Hermannus de Rederen, Wilhelmus Bombrecht Pincerna noster, Dypoldus Hele Marschaleus noster et Otto de Helbe milites cum ceteris pluribus fide dignis. Datum in Civitate nostra Havelberghe, sub Anno Domini MCCC. quinquagesimo primo, feria quinta, Die Epiphanię Domini. Virtus quoque ejusdem literę fuit, quod Illustriss. Princeps ac Dominus Ludowicus Marchio Brandenburgensis ante dictus vendidit quinque frusta reddituum, in Villa Lome de Pacha et Censu annuatim proveniencium, et tria frusta per Bordeken, Civem in Kyritz, comparandorum, ad Capelle foris Civitatem Kyritz struete foundationem, et eadem octo frusta reddituum ad predictam Capellam appropriavit. Nos igitur hujus salutiferi operis Participes esse cupientes et justis ac devotis predicti Bordeck, Civis in Kyritz, predictę Capelle fundatoris, et aliorum, quorum interest petitionibus inclinati, antedictam foundationem et proprietatis Octo frustorum reddituum donationem Auctoritate nostra Ordinaria approbamus, auctorizamus et in Nomine Domini in hijs scriptis confirmamus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Civitate Kyritz, sub anno Domini Millesimo Tricentesimo quinquagesimo secundo, in Octavo Die Beati Laurentij Martyris Gloriosi.

Beckmann, Besch. d. Churm. Brand. V, II, IV, 167.

**LXXVIII.** Bischof Borchard von Havelberg bestellt einen Geistlichen zu dem St. Johannis Altar in der Pfarrkirche zu Perleberg, im Jahre 1353.

Borchardus, dei gracia havelbergenfis ecclesie episcopus, Discreto viro Domino Thyderico putlest, capellano in perleberg, salutem in domino. Dominum Mauricioium presentium latorem, cui accessum altaris sancti Johannes evangeliste in ecclesia sancti Jacobi apud nos in perleberg ad presentacionem magistrorum Gulde pammiscidarum ibidem contulimus, vobis transmittimus, et mandamus, quatinus ad possessionem dicti altaris omniumque fructuum et reddituum ipsius vice nostra inducatis eundem, facientes sibi de suis redditibus suo et debito tempore integre responderi. Datum anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>o</sup> tercio, feria quinta post Barnabe apostoli, nostro sub sigillo.

Nach dem vom Superintendenten Viesegang in Perleberg mitgetheilten Originale.

**LXXIX.** Herzog Erich von Sachsen reversirt sich gegen den Markgrafen Ludwig den Römer, die Stadt Perleberg wieder abzutreten, sobald ihm 2000 Mark Silber, wofür die Stadt ihm verpfändet worden, bezahlt seyen, im Jahre 1353.

Wy Erick de jungher, von den Gnaden Godes Hertog to Saffen, bekennen openbar in disser scrift, dat de hochgeborne Vorlte Ludewig de Römer, Marggraue to Brandenburg vnde to Lufiz, des hilgen Romischen Rykes oberste Kamerer, Palanzgreue by Ryn und Hertog to Beyern, use lieue Ohem, von Volbord und Rad seiner Eruen mit sime briue, den he uns darup ghegeuen heft, de Stat to Perleberg, Lant, Slot und Man, und all dat darto licht, also als id ehm und sinen Voruaren ghehort hat bet herto, mit allem recht und rechticheyt, frucht unde nutt, vor twedufend Mark lödiges Sälvers ouergeben und verpendet, also, dat he und sine Eruen dat mögen wedder